Ita pñia hz ferrū acutū ꝓtricōnis q̃ vulnerat cor timore penaꝝ inferni. scdo ē ibi asta longa spei. qz longam spez debemus hr̃e de dei misericordia si hō vult a peccatis abstinere ⁊ pñiaz facere. Qui timetis dñm Ecce ferrū acutū spare in illū ecce astā ⁊ in oblectacōm veniet vob misericordia. Eccl̃ ij. Judas ꝓditor ferro ꝓtricōnis vulneratus fuit hīs ꝓtricōm. Dic̃ text⁹ videns iudas q̃ dāpnat⁹ esset pñia ductus ⁊c̃. Mat. xxvij. ꝗ nō fuit ibi asta spei qz desperauit dicendo. O mihi tm̃ malū feci nō de ceto viuere ⁊ suspēdit se. O miser si venisset ad virginē vt oraret filū suū vt parceret sibi adhuc habuisset remissionem ⁊c̃. Jdo dr. Qui timetis dñm ⁊c̃. Nunq̃ lancea dz aperiri lat⁹ vsq̃z ad cor p amarā ꝓtricōnez vt exeat inde sanguis feruentis orōnis vel p disciplinas ⁊ aq̃s lacrimaꝝ. sic de latere xpi pforati exiuit sanguis ⁊ aq̃ vn⁹ militū lancea lat⁹ ei⁹ aperuit ⁊ ꝓtinuo exiuit sanguis ⁊ aq̃ Jobis xix. Hic est q̃ venit p aq̃z ⁊ sanguinē non in aq̃ solū. j. Johānis. v. Ꝓ dedicto cruci fixus erat q̃ dicebat. Ego cū xpo crucifixus sū cruci ego em̃ stigmata dñi ihu i corde meo porto ad Gal. vj. ⁊. vj. ca. Nō legitur q̃ apls fuerit crucifix⁹ realiter ꝗ de capitat⁹ ꝗ erat clauat⁹ in manu dextro clauo misericordie in sinistro clauo iusticie.

Dominica. xv. Sermo primus

Querite primū regnū dei ⁊ iusticiā ei⁹. habetur verbū istud textualiter Mat. vj. ⁊ recitatum est stati in euāgelio hodierno. Nr̃ presens sm̃o erit de sancto euāgelio h⁹ dñice ⁊ habebim⁹ si placet deo multas bonas doctrinas ⁊ speculacōnes ꝓtēplatiuas ad informacōnez aiaꝝ vt instructiones morales ad reformacōez vite nr̃e. Salutet virgo maria ⁊c̃. Dñs ihs xps saluator nr̃ volēs ⁊ pficies saluacōnem oīm aiaꝝ nr̃aꝝ nisi p culpā nr̃az ipediat in scto euangelio ondit tria mlta vtilia ad hñdā dictā saluacōez Ondit em̃ ꝓmo ꝓmū qd ē adhrētia diuial. scdo sm̃ qd ē ꝓfrētia supnalis. tercio tercium qd est diligēcia ꝓtualis vel spīal. In hīs tribus stat euāgeliū ⁊ de tercia scz diligēcia spīali dr thema. Querite ꝓmū i. ꝓncipaliter. Dico ꝓmo q̃ xps in euāgelio ostēdit amorosā inhrētiā dialem in ꝗ scz q̃ nō debem⁹ i corde nr̃o hr̃e maiorē ꝓiunctionē ad bona creata siue creaturas q̃z ad deū ꝗ sup oia toto corde ⁊ tota mēte adhrendū est do. Nō est. sic em̃ ille q̃ vult hr̃e aq̃z purā ⁊ clarā recurrit ad fontē qz postēq̃z aq̃ trāsit alueos iā nō est ita clara ⁊ pura. Ita si volum⁹ pura bona ⁊ delicias ad deū trāq̃z fōtē oīm bonoꝝ ē recurrendū. Qz honores diuitie seu delitie h⁹ mūdi nō sūt nisi lacus fetētes laboribus pricul ⁊ miseriis Jō dr Nichi aūt adhrere do bonū ē. Approximar hō deo amando corde ꝓtēplando intellectū loquendo de eo ore Jstā adhrētiā diuīaz ondit xps in ꝓncipio euāgelij cū dr hēo pt duob dñis seruire. aut em̃ vnū odio habebit ⁊ alterū diliget. aut vnū sustinebit ⁊ alterū cōtēpnet hō potest deo seruire ⁊ māmone. q̃ vellet dr̃e ꝓdutēdo. q̃ elōgaris vos a māmona ⁊ adhrearis xpo. Ꝓcē xps ꝗ tz modū logicalē arguēdo i forma silogistica. s. in ferio ponēs vlez negatiuā ⁊ pticularē affirmatiuā ⁊ ꝓcludit pticularē negatiuā vlis negatiua est ista Nēo pt duob dñis seruire declarat. Dīt aliq̃s hōne pt hō seruire pape ⁊ epo. regi ⁊ primogenito. Jmo quia seruiendo vni seruit alteri. Glosa declarat i tellectum xpi dicentis. Nemo pōt seruire duob dñis scz inter se ꝓsitentib ⁊ ꝓtraria ꝓsapientib. Ita q̃ duob dñis ꝓtrariis nemo pt bñ seruire ⁊ qz papa ⁊ eps rex ⁊ ꝓmogenit⁹ nō sunt contrarij ido ⁊c̃. Declarat xps dās rationem. aut em̃ vnū odio habebit ⁊c̃. Quereret modo aliq̃s quō potest q̃s scire q̃ seruiat aliq̃s deo. qz

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

solus dē sait corda. Dico q̃ vnū signū
erit extra scz verbū p os vt fum⁹ p fume
ranū cor vbi est ignis emittit fumum ad
os. qz ex habundantia cordis os loquit.
Mat.xij. Et in hoc cognoscatur q̃ seruit
deo. vñ ⁊ petro dictū fuit. Tu ex illis es
nā ⁊ loquela ⁊c. Mat.xxvj. Dicat con
tra illos ꝗ qui locunt ꝓtra deum iurando
murmurando blasphemando. Meli⁹ esset
illis q̃ essent muti. Quibꝫ dicet in iudi
cio. de ore tuo te iudico serue nequ. Ecce
vniuersalis negatiua. Nemo pōt duobꝫ
dñis seruire ⁊ quō intelligit patuit. Sz
minor scz ꝓticlit affirmatiua nō exprimi
tur in textu ꝗ inuit scz q̃ dē ⁊ dyabol⁹
sūt dñi ꝓtrarij q̃ deus ⁊ dyabol⁹ sint do
mini idiget pbatione ꝗ q̃ sint ꝓtrarij ato
pbabit. Xp̄s est dñs noster duplici rati
one scz creacōnis ⁊ redēptionis. Creatio
nis qz ipe cū pre ⁊ spūsancto oia creauit.
q̃ est dñs. Nam si aliq̃s in sua possessione
de suo ꝓprio edificat domū. nonne dicet do
minus domus? Imo ita xp̄s de suo ꝓprio
creauit domū huius mundi. ergo dñs est.
Propter ꝗ dicebat mardochē orās. domine
dē omnipotens in dicōne tua cūcta sūt
posita ⁊ nō est qui possit tue resistere vo
luntati tu fecisti celū ⁊ terrā ⁊ quicq̃d cē
li ambitu cōtinetur dñs vniuersoꝝ tu es
Hester.xiij. Scdo iure redempcionis
Naz si aliq̃s de suis ꝓprijs pecunijs emit
captiuū seu captiuos dñs ē eoꝝ. Ita dē
q̃ licet creauit oia dyabolus sibi istantē
occupauit multa In tūm q̃ dicebat princ
ceps huius mūdi Iobis.xiij. Xp̄us suo
sanguine emit nos nō tū dedit preciū ty
ranno scz dyabolo. qz nullū habebat ius
ꝗ deo patri. Ergo dñs est noster iure re
dempcōnis. Ideo dauid in ps. Exurgat
deus ⁊c. dic. Iter facite ei q̃ ascendit sup
occasū. i. passione. Nā occasus solis sig
nat xp̄i passionem. qz sicut sol occidit cū
certitudine q̃ in crastinū orietur. Ita xp̄us
pass⁹ fuit cū certitudie resurrectōnis Mo
ta iter facite s. i vno corde ⁊ vita ⁊ veniet
ad vos ille q̃ fuit pass⁹ qz dñs nomē illi.
Dyabol⁹ de dñs nō ve ꝗ tirānice ⁊ bō
pecā do dat se illi. sic si captiu⁹ fugeret ⁊
darz se alteri ille dicet dñs e⁹ nō tū vere
ꝗ malicōse. Ideo omis sum⁹ ēpti xp̄i sangui
ne q̃ i mēsa cruc. apuit cophinū thesauri
i q̃ cruce pass⁹ ē i capite spīs. In manibꝫ
⁊ pedibꝫ clauis i latere lācea ⁊ qm̄ bō pec
cat mortālit fugit dñiū xp̄i ⁊ subiat se dy
abolo lz nō dicat ore dñm suū tū omdit ope.
pre ꝗ dyabol⁹ de dñs tirānice. Ideo dice
bat auctoritas apli. Nescit. qm̄ cui exhi
betis ⁊c. ad Ro. vj. Ecce quō itelligit q̃
xp̄s ⁊ dyabolus sūt dñi scz diuersimode.
ꝗ sūt opositi. qz quicq̃d placet deo displi
cet dyabolo. vbi gra de p̄cepit humilitate.
⁊ dyabol⁹ ꝓtinue laborat iducere gētes
ad superbiā ⁊c. De ꝗ vide s. tho. j. p. q. lxiij
ar. ij. Xp̄s vult q̃ sim⁹ liberi nō nis nos
occupātes de bonis tpalibꝫ. ⁊ dyabol⁹ in
ducit ad auariciā ⁊c. Item xp̄s vult vt si
m⁹ casti vt habeam⁹ illā glaz paradisi ⁊c.
vbi nō itrāt porci nec inānati. ꝗ dyabol⁹
vt cadam⁹ cū eo in eternā dāpnacōnez p
uocat nos ad luxuriā. xp̄s vult vt habea
m⁹ pacē ⁊ bonā dilectōez adinuicē ⁊ ca
ritatē. ⁊ dyabol⁹ icitat ad inuidiā ⁊ mali
ciā cū felle amaritudis vel occassione of
ficōꝝ dignitatū bnificioꝝ ⁊ h⁹mōi. Xp̄s
vult ⁊ p̄cipit tpantiā vt de abis q̃s ipse
creauit p nob recipiam⁹ ad sufficientiā
et nō ampli⁹. Sic nec bestie exq̃ biberunt
etiā si rex vel papa iuraret eas nō pl⁹ bi
būt. ⁊ diabol⁹ tēptat de gula ⁊c. Xp̄s p̄
cipit vt viuam⁹ i pace pcēdo inimicis qz
omis sum⁹ mēbra vnius corpis ⁊ si qm̄z
dextra partit sinistrā vel econuerso nō reci
piūt vindictam ꝗ iuuant se mutuo. Ita
omnes nos menbra corpis ecclie sumus
c⁹ caput est xp̄s. ꝗ dyabolus ꝓuocat ad
iram ⁊ impacientiam ⁊ vindictam. Ita
breuiter quicquid placet deo displicet dy
abolo ⁊ tractat oppositum de eo vt fiat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Imo statim creatus posuit diuisionez in celo. Dicatur quō respexit ⁊ sub se vidit oñs creatas ⁊ solū sup se deū cui voluit eq̄ri ⁊ multi angeli vt adulatores ꝯsenserūt sibi. Sed michael gabriel raphael ⁊ alij boni dixerēt Ego nō ꝯsentio. Ecce ibi diuisio ꝓpter ꝙ dixit deus. Nō habitabit in medio domus mee qui facit supbiam. Tūc michael cū alijs expulit eum cum sibi ꝯsentientibꝫ de celo auctoritas. Factū est preliū magnū in celo Michael ⁊ angeli eiꝰ preliabant cum drachone.i.lucifero q̄ tot anglos deuorauit hoc est seduxit ⁊ hoīes deuorat. Apocalipꝭ.xij. Patent igit ꝯtrarietates xp̄i ⁊ dyaboli. Ido xp̄s Qui nō est mecū aduersum me est ⁊ qui nō colligit mecū dispergit Luce.xj. Et loquit ad lr̄am de lucifero. Patet minor q̄ mō d̄s ⁊ dyabolꝰ sūt dñi oppositi modo sequit conclusio Ergo nō poteris deo seruire ⁊ mammone. Nota mamona signat duo In lingua em̄ syriaca māmona sig̃t diuitias temporales. Scdo signat illum diabolum qui temptat de auaritia q̄ etiā dicitur māmona ⁊ ꝑm hoc ꝯclusio declarabitur. Dupliciter qñ dicitur nō poteris deo seruire ⁊ māmone.i. diuitijs. Dic̄ h̄ Hieronimus ꝙ homo potest bene seruire deo ⁊ dñari diuitijs ꝫ impossibile est seruire deo ⁊ diuitijs ¶ Nota dr̄a est inter dñari diuitijs ⁊ seruire eis. sic̄ inter dñm ⁊ seruū. qꝛ dñs q̄escit ⁊ seruus seruit sibi ⁊ nō ecōuerso ꝫ laborat ꝑuus. Ita qñ tu laboras negotiādo ꝑ mare terrā ⁊c̄. ⁊ pecunia q̄escit ī domo in cista tūc tu es ꝑuus ⁊ ipsa dña et nō potes deo seruire ⁊ māmone. ꝫ dñari pecunijs est eas ꝑuitio bono applicare qꝛ sic̄ dñs nō ꝑmittit qui escere ꝑuū suū ꝫ dic̄ fac hoc fac illud. Ita qñ hō facit ꝑuire diuitias subueniēdo viduis orphanis puellis captiuis ⁊ pauperibꝫ sine vsura. Tūc diuitie sūt ancille ⁊ ꝑuiūt dño. ⁊ sic esse dñm diuitiaꝝ bonū est quia simul pōt hō seruire deo ⁊ dñari diuitijs. Ido dicit hieronimꝰ q̄ em̄ diuitiaꝝ seruꝰ est diuitias custodit vt seruꝰ q̄ aūt ꝑuitutē excussit iugū distribuit eas vt dñs ¶ Scdo māmona sig̃t illum demonē qui tēptat de auaritia ⁊ qñ dicit ꝙ nō possumꝰ ꝫuire deo ⁊ māmone. est h̄ speculatio tal. hos īueniēmꝰ in sacra scriptura septē demones q̄ tēptāt d̄ septē peccatis mortalibꝫ ⁊ h̄ solū noīat xp̄s māmonā ¶ Primꝰ est leuiathan q̄ tēptat de supbia de quo Job.xlj. Ip̄e est rex super oñs filios supbie ¶ Scdꝰ est asmodeus qui tēptat de luxuria de q̄ Thob.iij. demonez noīe asmodeū occidit eos mox vt ingressi fuissent ad eā scz ad ꝯcupiscentiā ¶ Terciꝰ q̄ tēptat de īuidia d̄r belzebub de q̄ Luce.xj. In belzebub p̄ncipe d̄moniorꝝ ⁊c̄ h̄ dixerūt īuidi ¶ Quartꝰ q̄ tēptat de gula d̄r belfegor De q̄ dd̄ Iniciati sunt belfegor ⁊ comederūt sacrificia mortuorꝝ ¶ Quintꝰ q̄ tēptat de ira ⁊ facit indurare corda d̄r balberith de q̄ Iudicū.ix. de fano balberit ꝯduxit sibi viros ¶ Sextꝰ q̄ tēptat de accidia d̄r ascaroth de q̄.j. Regū.vij. Auferte deos alienos de medio vr̄i baal ⁊ astarot ¶ Septimꝰ q̄ tēptat de auaricia d̄r māmona ⁊ de isto loq̄t xp̄s hodie. Quare xp̄s in ꝯclusione sui silogismi nō dixit. Nemo pōt seruire deo ⁊ dyabolo sic̄ dixit nemo pōt seruire deo ⁊ māmone. Rñ deo licet posset ꝯcludi de q̄libet dyabolo tñ xp̄s restrinxit ad māmonā. Rō qꝛ q̄ vult eradicare ⁊ expellere malā arborez de suo viridario ad radicē ⁊ nō ad ramos īcipiet. Idez in ꝓposito vñ veniūt tot mala q̄re nō fit iusticia q̄re fiūt tot questiones litigia nisi ex auaritia. Propter ꝙ apl's Radix omniū malorꝝ ē cupiditas q̄z q̄dez appetētes errauerūt a fide.j.ad Thy.vj. Auarꝰ em̄ vix hz fidē qꝛ hz cor īuolutū Ideo ꝑdit fidē dicēdo q̄d scit hō de alia vita. Fr̄es ⁊ sacerdotes īueniūt ista vt dent eis pecuniē Ido xp̄s vt bonꝰ ortolāꝰ volēs malā arborē

eradicare dic. hemo poterit deo seruire et
mamone & hoc de primo, & patet adhere
2m pnle ria diuinalis ¶ Dico secdo q debem? habere fidentiam supnalem scz vt in nris necessitatibus abi potus vestitus & alijs cofidamus de deo. qz si viuimus vt decz ipe puidebit nobis de omnib nobis necessarijs. Et hoc pbat xps quincz rationib dicens. Ne sollicti sitis aime vestre qd manducetis aut corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est cz esca & corpus plus est cz vestimentu. Ecce prima ratio declaretur ista ratio p regulam phie & iuristar. Regula est phie q omne agens naturale quantum dat de forma substantiali tm dat de accidentib scz calidi
Ex his 5 rōib pderit fuerit serm. tate siccitate claritate &c ¶ Item dicit iuriste cui concedit principale & accessoriu credit esse ncessu vt si rex facit gubernatore. Si diceret gubernator regi. ergo detis michi potestate citandi hoies & capiendi &c. Nō oportet hoc petere quia ex quo concedit principale &c. Ita de? dat formā principalē scz aiaz & corpus q̄ cū anima facit vnam essentiam scz humanitatem. Qui ergo dat principale bene dabit accessoriu scz necessaria. Ido dicit ne sollicti sitl &c ¶ Secda ratio respicite volatilia celi q̄ nō seruant neqz ngregant in horrea & pater vester celestis pascit ea. ¶ Nonne vos magl & plus estis illis. Ecce secda ratio talis est. deus puidet auib. &c ergo prouidebit per locu a maiori etiam hominib cum homo inter omnes creatas corporales sit dignissima creaturar. Si ñ bonus xpianus dre debet. O dñe qui puidetis anialib terre auibus aeris & piscib maris prouideatis michi qui sum ad ymaginē & silitudinē vrāz. Et merito cōpat nos auib Nā ipe de mae dicunt officiu suu matutinas pm suu breuariu philomena i media nocte irūdines in aurora & sic de alijs & sic laudāt deū Daniel. iij. Benedicite omnes volucres celi dño & post volāt inueniūt iam granum preparatū a deo & sic saturantur. Tu ergo facias sic. lauda deū de mane vitando tumultum ne aliquis te pturbaret signando te & pvola scz laborando in tuo officio qz hoc signat volatus auis Job. v. Homō nascitur ad laborē & auis od volandū sic de? puidebit tibi. Ideo dt Hieronimus labor exercend? est sollicitudo tollenda ¶ Tercia rō q̄s aūt vestr cogitās pōt adicere ad staturā suam cubitum vnu & de vestimentis quid sollicti estis. ¶ Ista ratio est subtilis declaret p similitudinē mgro rū domor q̄ pm altitudinem edificij faciūt fundamentū i puis modicū i magnis & altl edifitijs magnū & pfundū faciunt fundamentū Ita qlibet corp? humanū est edificiū q̄i vna turris cui? fūdamētū est tib pot? vestit? ¶ Cū de? sit mgr qui edificat istā turrim scz corpus sine dubio ipe puidebit de bono fundamento labora tu & fac q̄ in te est & ipse faciet adhuc plus. ¶ Quarta ratio respicite lilia agri quō crescūt. nō laborāt neqz nent. Dico vobis qm salomon in omi gla sua nō coptus est sic vnu ex istis &c. vsqz modice fidei. Ista rō clara est. qz q̄ vestit herbas vestiet nos si in eo pfidim? ß vt liliu habeam? sex folia scz sex opa misdie que fiūt i vita. qz sepelire p? morte fit. s. cibare famelicū potare sicientē. vestire nudū. colligere pegrinū. visitare infirmū. redimere captiuū Et hre debem? duo grana quasi deaurata vt liliu int folia. Ista scz amare deū sup oia & primū sic seipm ¶ Quārta rō est nolite q̄ sollicti esse dicentes q̄d manducabim? aut q̄d bibem? aut q̄ opiem. Hec enim oia gētes. i. gētiles inquirūt. scit enim pr qz hijs oib indiget. Notate ß pulchra doctrinam. Nā xps vult vt pfidam? de eo vt filij de pre. qz si dicatur puero quincz vel sex anor. vn habebis aliā tunicaz postcz ista erit corrupta. Ru det pr meus curat de ß ipe puidebit

Et si dicat puero ⁊ tu q̃d facies Rñdet puer facia p̃cepta ⁊ mãdata sua. Idez si q̃rat te q̃ ꝓmedet rñdet puer. pr̃ me⁹ mr̃. mea curãt Tale ꝓfidẽtiã vult xp̃s q̃ nos habeam⁹ de eo ⁊ q̃ nõ habeam⁹ sollicitudinẽ ꝗ vult q̃ fuem⁹. x. p̃cepta. Qz mõ magt ꝓfidim⁹ de vno in deo. pbat. haz si habetis instrumẽtũ q̃ tal' iude⁹ q̃libet anno dabit vob. c. flor. cũ magna ꝓfidentia ⁊ securitate est bñdi ⁊ panẽ ⁊ vinum ⁊ alia necessaria. Et de xp̃o q̃ ꝓmisit nobis oia necria etiã cũ instrumẽto notari⁹ fuit matrx⁹ si seruam⁹ sua mandata nõ confidim⁹ Imo qñ dz auaris ne faciãt vsurã Dicãt debem⁹ tenere os clausũ adhẽtũ de q̃ viuem⁹. Enunq̃d ꝓfiditis de xp̃o patre vestro. Idẽ de clericis faciẽtibꝫ symoniã recipient ꝓ sepulcra symoniace pecuniam. Bñdictus q̃ ꝓfidit in xp̃o pr̃e nostro pñssimo In ipm ꝓiciam⁹ omnez sollicitudinẽ nr̃am. j. pe. ij. Omnez sollicitudinem vr̃am ꝓiciẽtes in eũ qñ ipi cura est d̃ nobis. ꝓicit sollicitudo dicẽdo dñe ego seminabo campũ ⁊c. ꝗ si habẽo triticũ. Domine ꝗ est in vob. Ego fuabo mandata vr̃a ⁊ vos dabitis mihi ⁊c. Idẽ de viea ⁊ de oibꝫ negotijs Idẽ apl's. Nichil solicti sitis ꝗ in omni orõne ⁊ obsecrõne cũ grãz actõne peticõnes vr̃e inotescãt apd deũ ad Phil'. iiij. Dico tercio q̃ xp̃s in ꝗ euangelio ondit nob tercũ necriũ qd ẽ diligentia vtualis ꝗ dic thema q̃rite pimũ regnũ dei ⁊ iusticiã ei⁹ ⁊ ꝗ oia scz tẽ pozalia adicient vob. Nota ⁊ iusticiam ei⁹. Et dabo declara cõm h⁹ per auctoritatez apli di. Non est regnum dei esca ⁊ pot⁹ ꝗ iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ in spũsãcto ad Ro. xiiij. Regnũ dei in tribꝫ ꝓsistit scz ĩ iusticia ne scz aliq̃s faciat iniuriã alteri vt habeat ꝓuisionẽ. Imo si defraudasti aliquez vel iniuriã itulisti ei satisfacias. Verbi grã si dãpnificasti aliq̃z in manu ⁊ sic d̃ alijs menbris ꝓncipalibꝫ ne possit acq̃rere ꝓuisionẽ ecce iniustitia est perpetrata ꝗ tu debes eidez satisfacere ⁊ in ꝗ iusticia ꝓsistit. Idẽ si aliq̃s tenet tibi ĩ certa q̃ntitate ⁊ nõ pot soluere ⁊ ꝓ te detinet captus meli⁹ esset vt seruiret tibi in aliq̃ vel vt lucaret aliq̃d qz nõ est iusticia vt videt ꝗ crudelitas. ¶ Secõo ⁊ iaz regnũ dei in pace ꝓsistit qd innuit apl's cũ addit pax ⁊ illa pax dz h̃ in ape q̃ pax dz esse in corde ⁊ oñdi ore. Dic errãt aliq̃ ꝓfessores qñ aliq̃s iniuriat⁹ ꝓfitet dicẽtes q̃ illi qui sunt passi iniuriã debent remittere totũ ⁊c. hoc nõ est vez. Vez odiũ cordis dz remittere offensus. ꝗ si vult pot ꝓsequi ciuil' vel crimialiter suaz cãm iuridice. ꝗ requirit q̃ habeat ꝓpositũ nõ nocendi inimico etiam si ipsum inueniret dormiendo sine ordine iuris. Itẽ dz oñdi pax in ore salutãdo loquendo ⁊c. Si dicat incipiat loq̃ ⁊c. Dicat q̃ q̃ incipit loq̃ poti⁹ videtur lucrari coronaz q̃z ille q̃ resalutat qz iudeo ⁊ agarẽo salutãti loqt hõ resalutãti. ¶ Tercio regnũ celoz ĩ gaudio ꝓsistit qd notat apl's cũ dicit ⁊ gaudiũ. De hoc vide sctũ tho. j. q. xl. arti. j. quo querit. Vtrz ad beatitudinẽ requirit delectatio. Et hoc gaudium est gaudiũ de habicõne vite beate ⁊ paradisi siue de visione beata diuine essentie. Nec inmerito. qz ibi est sanitas sine morte gaudiũ sine tristicia. iuuent⁹ sine senecture ⁊c. sequitur ⁊ hoc oia scz bona tpalia adicient vob. Ergo q̃rite p̃mũ regnũ dei ⁊ iusticiã ei⁹.

Sermo scõs de animabꝫ in purgatorio

Hodie est ⁊ cras ĩ clibanũ mittet Mat. vj. Odõ iuxta intellcũ q̃z volo d̃dicare ⁊ ꝓtractare d̃ aiabꝫ purgatorij oz declarare tres breues, ꝓposicões. pma, ꝓpõ est talis pñs vita tota ẽ sic vna dies vsual' vl' artificialis. scda q̃ d̃ nulla ꝓsona, ꝓpie dz esse nec viuere nisi sit ĩ statu gr̃e diuinal'. tercia q̃ loc⁹ purgatorij ẽ sic camin⁹ vel furn⁹ in q̃ fit panis material'. Pria, ꝓpõ declarat sic vos debetis scire q̃ p̃m q̃ sancta mater ecclesia diuidit diem q̃ diuidit in sex horas s. pme. ij. iij. vj. ix. vespoz ⁊ ꝓpletorij Sic etiã vita hois diuidit in sex partes

¶ Hora prima hoīs est a natiuitate vsq̄ ad decem vel duodecim ānos. Ratio q̄r sicut claritas diei incipit hora p̄me ita tūc hoc est.x. vel duodecimo anno hō incipit intelligere ⁊ cognoscere aliqua nō tñ hz magnaz claritatē scientie q̄r nec hora prime sol dat magnā claritatē mūdo ¶ Hora tercie ē a.xij. vsq̄ ad.xx. vel.xxv.annos Ratio q̄r sic̄ hora tercie sol est altior clarior ⁊ calidior q̄ hora prime. Ita tunc homo habet altitudinē corp̄alem ⁊ maiorem claritatē intellectus nisi sit stultus ⁊ etiā caliditatē ꝯplexionis ¶ Hora sexta hoīs est a.xxv.āno vsq̄ ad.xl.annū. Ratio q̄r sic̄ sol in illa hora est in altiori g̃du ita homo tunc est in sua p̄fectione. ¶ Hora nona a.xl.āno vsq̄ ad.lv.annū ¶ Rō q̄r sic̄ sol in alia hora incipit declinare. Ita calor naturalis tūc incipit declinari ⁊ etiaz fortitudo. ¶ Hora vesp̄oꝝ homīs est a lv.anno vsq̄ ad.lxx.annū. Ratio q̄r illa hora iā sol inclinat̄ ad occasū sic ⁊ homo ad mortem ¶ Hora ꝯpletorij hoīs est a lxx. vel.lxxx. vsq̄ ad finē ⁊. Ex ista ratōne vita hoīs d̄r vna dies habēs istas.vj.partes predictas auctoritas. Hodie si vocē eius audieritis nolite obdurare corda vestra p̄s.xciiij. Hodie scz in tota vita presenti.q̄r in alia vita nō sūt predicatores sed hodie scz in hac vita ⁊ ita exponit apostolus ad Hebreos.iij. Audit̄ autē vox dei legendo vel predicaciones audiendo. Patet ergo prima ꝓpositio scz ꝙ tota p̄sens vita est vt vn⁹ dies vsualis ¶ Secūda ꝓpositio dic̄ ꝙ de nulla p̄sona ꝓprie d̄r esse nisi sit in gr̄a diuina.q̄r qui nō viuit in gr̄a nō d̄r viuere Ratio q̄r ph̄s d̄t ꝙ forma est que dat esse rei sic̄ in hoīe est materia scz corp⁹ ⁊ forma scz aīa q̄ dat esse corp̄i. Idē de esse sp̄ūali.q̄r licet aīa sit forma substācialis corp̄is ⁊ essential̄ tñ ipsa anima habet esse p̄ aliaz formam scz p̄ gr̄am diuinam ⁊ q̄diu est in gr̄a viuit.qñ aūt anima perdit gratiam dei non habet esse gratie. Ideo ꝓpheta p̄res nostri peccauerunt ⁊ nō sūt Trenoꝝ.v.q̄r licz habeant esse naturale post peccatū tñ nō hñt esse sp̄ūale. Sz ille d̄r esse sp̄ūaliter qui est in gr̄a deuotione ⁊ dilectione dei. Ideo xp̄s ille est qui diligit me Johis.xiiij. Patet scd̄a ꝓpositio ꝙ nulla p̄sona habet esse ⁊c̄ ¶ Tercia ꝓpositio d̄t ꝙ locus purgatorij est sicut furnus in quo fit panis ⁊c̄.q̄r sic̄ in furno mittat̄ panis nō ad ꝯburendum s̄ ad coquendū ⁊ inde extrahit̄ ⁊ presentat̄ prelato pape vel etiaz regi ⁊ ponit̄ in mēsa sua. Ita purgatoriū est vt clibanus in quo mittunt̄ aīe nō vt fiāt carbones vt ille de inferno s̄ vt mundent̄ purificent̄. deinde extrahuntur inde ab angelis ⁊ presentat̄ pape Jh̄u ⁊ regi xp̄o ⁊ ponunt̄ īmensa glorie eius. Ideo de purgatorio d̄t ꝓph̄ta. Quasi clibanus succensus a coquente Osee.vij.scz post mortem. Ideo loquens thema de homīe dic̄ hodie s.ī hac vita corp̄ali est scz ī gr̄a dei ⁊ cras scz post mortē ī clibanū mittit̄ q̄r nulla anima īt̄rat purgatoriū nisi sit in gr̄a dei. Nō loqit̄ thema de animabꝫ perfectis q̄r ille statim euolāt ad p̄adisum. nec animabꝫ xp̄ianoꝝ īpenitentibꝫ nec de infidelibꝫ.q̄r ille non sūt scz in esse sp̄ūali gratie. Ideo statim descendūt ad infernū s̄ loquit̄ solū de illis qui vadūt ad purgatorium. De qualibet tali d̄r hodie est ⁊ cras in clibanū mittit̄ patet thema. Mō volens vobis declarare statum purgatorij. Sciendū est ꝙ purgatoriū est in corde terre. Nam sicut in corde pomi sūt domus.ita etiam in corde terre sūt quatuor domus. In inferiori est ignis perpetuus ⁊ est plena demonibꝫ ⁊ ibi sūt anime xp̄ianoꝝ īpenitentiū. Alia domus est super illam scz limbꝫ p̄uuloꝝ in quo non est ignis nec demones s̄ ibi vadunt pueri non baptisati. Tercia domus est purgatoriū in qua est ignis vt flāma clara.s̄ nō sunt ibi demōes. Quarta dom⁹ est sin⁹ patꝝ

scōꝝ ⁊ illa mō vacat ¶ Modo ego ha-
beo loqui de purgatorio qd̄ dicit̄ clyba-
nus ī quo coquit̄ panis aīaꝝ. Qualit̄ h̄
fit declarat apl's cui deus oñdit clare cū
adhuc viueret dicēs. Si q̄s supedificat
sup fundamentū hoc aurū argentū lapi-
des p̄ciosos ligna fenū stipula. detrimē-
tū patiet̄. ipē autē saluus erit sic tñ qua
si p ignē. prīa ad Coꝝ. iij ¶ Nota si q̄s
supedificat sup̄ fundamētuꝫ hoc scꝫ fi-
dei sine errore dubio ⁊ falsa opinione au
rū scꝫ caritatis. ⁊ argentū credulitatꝭ. ⁊
lapides p̄ciosos scꝫ v̄tutū ⁊ meritoꝝ. li
gna fenū ⁊ stipulā scꝫ peccatoꝝ veniali
aliū. detrimētū patiet̄ scꝫ in purgatorio
ipē tñ saluus erit. sic tñ quasi p ignē. In
dicta auc̄te apl's innuit ꝙ in purgatorio
sunt tres ptes ⁊ ī vna fit ignis de lignis
in alia de feno. ⁊ ī alia de paleis. ⁊ ignis
de lignis plus durat q̄ꝫ de herba siue fe-
no. ⁊ de feno pl⁹ q̄ꝫ de palea. Ita ī pur
gatorio aliqui stāt diu. aliq̄ non tm̄. aliq̄
modicū. Primi ꝯparātur lignis. Scd̄i
feno. Tercij paleis. de hijs trib⁹ ꝯdicōni
bus hēo mō loqui.

¶ Prīo ligna sūt imp̄fectōes pnīales.
¶ Scd̄o fenū sunt cōmissiones veīales
¶ Tercō palee sūt omissiones cerimo-
niales. Et de qualibet dicit thēā. Hodie
est ⁊ cras ⁊c̄. ¶ Dico prīo ꝙ ligna sūt
p̄sone que vadūt ex hoc mūdo cū inp̄fe
ctōne pnīali. qꝛ licet fecerīt pnīaꝫ de pec
catis qꝛ aliter irēt ad infernū. h̄ non tan-
tā q̄ꝫtam req̄rūt peccata. qꝛ doctrina est
canonistarū. ꝙ ꝓ quolibet pctō mortali
homo tenet̄. vij. annis penitere in h̄ mū
do alit̄ restat ꝯplenda ī purgatorio. Si
āt dicat̄. ⁊ nunq̄t pnīe sūt arbitrarie. Di
co ꝙ in penitēcia sunt duo scꝫ q̄litas ꝙ
sit talis vel talis ⁊ hoc ē arbitrariū. Se-
cundū q̄ꝫtitas tp̄is est ⁊ hoc nō est arbit̄
riū ſm canones. qꝛ iā q̄ꝫtitas tp̄is ē tax
ata ⁊ limitata scꝫ. vij. ānoꝝ. v̄bi gracia.
Si q̄s furatus fuit peccauit mortaliter
⁊ sufficit ad damnacōeꝫ. h̄ nō est de ma-
ioribꝫ. ꝓ isto oꝫ facere. vij. ānos de pnīa
et licet ꝯfessor nō dicat. iā limitata ē in
iure. Sꝫ q̄litas est ī arbitrio ꝯfessoris. s.
ꝙ ieiunet semel ī ebdomada vel ī mense
Si v̄o peccatū mortale sit mai⁹ vt hoī
cidiū vel p̄iuriū ⁊c̄. q̄litas pnīe erit ma-
ior. Sed q̄ꝫtitas tp̄is erit. vij. annoruꝫ
Rō qꝛ in quolibet pctō mortali homo fa
cit iniuriā ꝯ. vij. dona spūs fancti. ꝓpt̄ h̄
sancti prēs sciētes dei volūtateꝫ in iure
ordinarūt. v ij. ānos de penitēcia. ¶ No
ta tñ ſm scm̄ Tho. ꝙ rōnabiliter ꝯfesso-
res iniūgunt qñq̄ꝫ minorē pnīaꝫ. De h̄
vide docto. in. iiij. ⁊ sic videt̄ esse arbit̄
rie vtroq̄ꝫ mō ⁊c̄. De dictis auc̄tas al-
legorice ⁊ sunt v̄ba dei patris ad filiuꝫ.
Si emis seruū hebreū sex annis seruiat
tibi. ī septimo egredie̅t liber. i. gratis. Ex
odi. xxi. ¶ Nota si emis seruū hebreū ⁊c̄.
Nota emit̄ in cōfessione. vñ emptor est
cōfessor qui tractat cuꝫ xp̄o qui p̄cio sui
sanguinis emit nos ¶ Sex annis seruiat
tibi ⁊ in septio scꝫ cōpleto egredit̄ liber.
Mō fiat talis deductō ¶ Quociēscunq̄ꝫ
recurristi ad diuinos sortilegos siue ꝯiu
ratores numera ꝓ qualibet vice penitere
deberes eo ꝙ ꝯ p̄ceptū dei iuisti. ⁊ mor-
taliter peccasti. Itē quotiēs iurasti inua
nū vel false renegādo siue blasphemādo
licet cōfessus fuerꝭ. ꝯputa. vij. annos de
penitēcia ꝓ quolibet. Itē quotiēs fregi-
sti festa de quolibet op̄e seruili. Itē non
audiendo missaꝫ numera ꝓ qualibet vi-
ce septē annos. Itē quotiēs displicuisti
vel despexisti parētes corde vel op̄e nu-
mera ꝓ qualibet vice. vij. ānos. Itez q̄
tienscūq̄ꝫ cōsensisti. numera. Item quoti
ens fecisti luxuriā. numera ꝓ qualibet vi
ce septē annos. Itē ꝓ quolibet furto I
teꝫ ꝓ qualibet diffamacōe. numera. vij
annos de pnīa. Forte est aliquis qui ex
suis peccatis obligat̄ in. c. mille annis de
penitēcia. Q diceres tu. si cōfessor non

dedit ꝛc. verꝫ est ꝫ iaꝫ est taxata. Si di
catur. ego nō viuaꝫ tm̄ verꝫ est Jō ꝯple
bit̄ in purgatorio. O dices. si purgatori
um nō durabit tm̄. Solucō ꝓpter hoc de
us cōgregabit penā. c. vel mille ānoꝝ to
tā in vna die. O q̄s poterit sustinere. ꝫ
ecce remedia qꝛ si vltra penitēciā ꝯfesso
ris vis addere diminuit̄ tp̄s de purga-
torio. ꝓpter hoc dicit discretus ꝯfessor in
cōfessione Passio dni nr̄i Jhu xp̄i ꝛc.
et q̄cquid boni feceris ꝛc. Idez si vult̄
orare. ieiunare. vel portare ciliciū ꝛc. I
sta op̄a pñt fieri ita deuote ꝙ remittet̄
vobis mēsis vel ānus vel plus. ꝛ tanta
poterit esse ꝯtricō ꝙ totū dimittet̄. dicē
te xp̄o. Serue neq̄ omne debitū dimisi ti
bi qm̄ rogasti me. Math. xviij. Itez au
diendo missas. sermoēs. dādo elemosi-
nas. lucrādo indulgēcias. Sic paulatiz
homo deobligat̄. Ecce q̄re dicit apl's. si
q̄s sup̄edificat sup̄ fundamentū ꝫ lignū
scz imp̄fectōes pn̄iales. Velitis g̊ ꝯgre
gare ꝛ facere op̄a pn̄ialia ꝛ sic euadetis
de illo igne ꝛ pena purgatorij. q̄ est ita
dura ꝛ asp̄a. Mag̊ fuit pena beati Lau
rencij in craticula ꝛ eciā pena beati Bar
tholomei. ꝫ nihil fuerit respectu pene pur
gatorij. Intm̄ ꝙ momentū videt̄ mille
anni. ꝛ clamāt aīe di. Heu me qꝛ incola
tus meꝰ ꝓlōgatus est ꝛc. Jō velitis iu
uare aīas parētuz ꝛ amicoꝝ qꝛ cōtinue
petūt di. Dñe pone me ī corde heredis
mei filij vel maūmissorl vt ꝯpleāt testa
mēta. Mō notate ꝫ qd̄ peccatū est illo
rū qui nō ꝯplent testā ꝛ occupāt boā eo
rū qui eis comiserūt aīaz ꝛ ipsi nō curāt
Jō qꝛ aīe non sentiūt adiutoriū ꝯq̄rūt̄
deo di. Justicia fiat ꝯ illos traditores ī
mūdo. s. filios heredes. maūmissores ꝛc.
Et credit̄ ꝙ deus sit surdus ꝙ nō audi
at. ꝛ cecus ꝙ nō videat scilz istas crude
litates. Jō dicit xp̄s. Nunq̄t deus ñ fa
ciet vindictā electoꝝ suoꝝ clamātiū ad
se die ac nocte. ꝛ paciam habebit ī illis.

Dico vob̄ ꝙ cito faciet vindictā. Luce.
xviij. qꝛ si videres patrē in igne quē pos
ses iuuare ꝛ nō curares q̄ crudelitas eēt
maior est ista. Jō dicit scriptura. ij. Ma
chab. xij. Scā g̊ ꝛ salubrl est cogitacō ꝓ
defunctl exorare vt a pecca tis soluātur.
¶ Dico scd̄o ꝙ fenū seu herba dicūt̄ p-
sone q̄ trāseunt cū pctis venialib̄. No
ta hic dr̄aꝫ inter peccatū veniale ꝛ mor-
tale. Pctm̄ mortale est qd̄libet opꝰ qd̄
fit ꝯ preceptū dei. vēialia pctā sunt exces
sus vite que tñ nō sunt ꝯ p̄ceptū dei. v-
bi grā. Si vos comeditis nimis excessi-
ue. vel qꝛ frāgitis ieiuniū eccīe. seu voti
mortaliter peccatl si cū tali pctō decedit̄
ad infernū ibitis. Sz si comeditis modi
cū plus ex bonitate pais. vel bibitis plꝰ
nō tñ inebriamī qꝛ tūc esset mortale. qꝛ
sicut scindere manū vel pedē ꝓxio est pec
catū mortale. maiꝰ ē scindere caput aīe
scz intellcm̄ inebriādo se. ꝛ efficit̄ peior
q̄ bestia. q̄ onerata scit trāsire ꝑ viā artā
et ebrius nescit incedere ꝑ viā latā. secꝰ
si ex bonitate vini bibit bis vel ter venia
le forte erit. ¶ Nota de fratre p̄dicatore
bibēte de sero vnā taceā vini sine aq̄ vt
posset dormire ꝛ surgere ad matutīas ꝛ
pꝰ mortē apparuit petēs adiutoriū Idē
de mulierib̄ q̄ ornātur aliq̄ peccāt mor
talit̄ aliq̄ solū venialit̄. Venialit̄ peccāt
ille q̄ solū vt placēt viris ꝛ ne despiciāt̄
ab eis ornāt se aliq̄tuluz. ꝫ ille peccant
mortal'r nōnunq̄ q̄ ornāt se excessiue oñ
dentes māmillas hoīb̄ ꝛc. Jā videt̄ ꝙ
vultis eas vēdere. Itē si mulier ī vesti-
tu facit excessuz ꝫ non ꝯ deuz ꝛ p̄ceptuz
dei. qꝛ de suis redditib̄ vel patrimoīo. l'
de suo officō veniale est. Sz qñ de vsu
ra. rapina. vel de furto. vel de falsis ad-
uocatōib̄ viri mlier vult habere vestes
tales ad infernū vadunt. quia faciūt eci
am damnare viros. qꝛ vt ꝓuideāt vani
tati vxoris habent facere vsurā. rapinā
etc. Quia sunt alique q̄ non permittunt

viuere iustos pacifice. nisi eaꝝ vanitati satisfaciāt. Item multū ridere venialē. ꝗ qñ rident de blasphemijs vel de truffis de deo ⁊ de scis tunc est mortale. Item i locutōne tāta difficultas esset fienda ad aperiendū os locutōi. ꝗtuz facit auarus ad aperiendū bursā solutōi. qui sp̄ disputat. Idez deberet esse de ꝓbo quare loquar. ¶ Nota dicit Ambro. in libro de paradiso. Pcti ñ est tñsgressio diuine legis ⁊ celestiū inobediencia mādatoꝝ. Aliq̄ autē excessus vite sūt cōmissiones veniales. Iō dicit aplus. q̄s supedificat supra fundamentū ꝗ fenū detrimentū patietur. ⁊c. Ecce scda pars purgatorij in qua cōburit fenuz. ¶ Dico tercō q̄ palee sunt psone q̄ trāseunt omissionē ceremoniaꝝ. qz sicut palea cito cōburit. sic tales modicū stant in purgatorio. qz per mensez vel ebdomadā. p̄ diez vel horā vel transeūt subito vt sagitta ex omissioī bus cerimoniarū. q̄ sunt qñ homo facit aliqua bona opa ꝗ non ita denote vt fieri debent. ꝓbi grā. Quilibet nostrū tenet cōfiteri in quadragesiā. ⁊ vos venit ad cōfessionē inp̄meditati ⁊ dicitis pfessori Interrogetis me qz nō recordor de aliquo peccato. Sed si pfessor esset astut⁹ vt peteret de vicino ⁊c. vos nō diceretis de illo non solū venialia peccata. ꝗ eciā mortalia. ꝗ de suis nō recordat. ¶ Iō qñ homo dz ire ad cōfessionez prio dz premeditari quō peccauit corde cogitando. ore loquēdo. oculis aspiciēdo. auribꝫ audiendo ⁊c. ⁊ vos venitis ad cōfessionez sicut ad plateā. Aliq̄ confitent negligēter qz in principio q̄dragesime esset pfitēdum. ⁊ ip̄i exspectāt vltimā diez. Sz ex quo pfitent nō est mortale. ꝗ si nō confiterent esset mortale. Item coīcare in paschā debemus qd̄ qui nō facit peccat mortaliter. ꝗ qui nō bene se praparāt aliquādo venialiter peccāt. Item presbiteri si nō dicūt officiū mortale est. Si āt dicūt ꝗ nō cum illis cerimonijs vt tenētur. vel nō bene se signādo. vel nō pfunde se inclinādo venialiter peccare pñt. Item si nō tenetis penitēciaz iniunctā a confessore. mortaliter peccatis. ꝓpter hoc pfessores debent dare pnias tales ⁊ talit vt recordent. Si āt seruāt penitenciā ꝗ negligēter ⁊ indeuote nōnunq̄ venialiter delinquūt. ⁊ sic de alijs negligēcijs. ¶ Nota miraculū de beato Augustio cui apparuit demon cum esset in studio q̄ portabat quendā magnū librū i quo scribebat peccata ⁊ negligēcias hoīm p̄ a.b.c. ⁊ interrogat⁹ si esset ibi aliquid de eo. Rñt q̄ sic. Et aug⁹. ¶ O pditor de peccatis ante baptismū factis ego non curo. qz illa remissa sunt post baptismū. nō habeo pscientiā de aliq̄. Et adiuratus demō oñdit sibi librū in quo legit Aug⁹. tali die talis anni augustin⁹ dimisit pletoriū ⁊c. O dixit demō decepisti me. qz exspectabā q̄ ex ista negligēcia trāsires purgatorium. Iō auisetis vos ⁊ sitis diligētes qz als ille totū scribit. Iō dicit xp̄s. Cuz accepero tp̄s scz p̄ mortē ego iusticias iudicabo. i. opa iusta. Sed negligēter facta. Iō faciatis ea cū diligēcia ⁊ feruore spirit⁹. Ecce q̄re dicit apls. Si q̄s supedificat sup̄ fundamentū hoc stipulā q̄ sigt terciā p̄tez purgatorij in qua pburerūtur omissiones cerimoniales. Ecce q̄re dicit hxā. Hodie est ⁊ cras in dyb̄anū mittitur. Deo grās.

¶ De eadem dnica. Sermo tercius

Non potestis

deo seruire ⁊ māmone. mathxi. vi. originalit ⁊ in euangelio currētis dnice recitatiue scribit. ꝓbū istud p̄ impetrādo ⁊c. Sz saluetur ꝓgo Maria ⁊c. Istud ꝓbuz est dni et saluatoris nri Ihu xp̄i dicētis oīb nob Nō potestis ⁊c. ¶ Nota q̄ māmona i scriptura scā sigt diuicias tp̄ales. Cult

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

g̃ dicere dñs. nō est possibile q̃ sil' seruia
ns deo ⁊ diuicijs tpalib̃. Pro declara
cōe hui⁹ ꝓbi sciendū q̃ dīa est int̃ serui
re tpalib̃ diuicijs ⁊ dñari. Nā sicut hō
dicit dñs q̃ hī seruos. ⁊ vnū mittit ad
vineā aliū ad cāpū ⁊c. Facit eos labo
rare ⁊ fuire vt lucrētur. Sic ille ē dñs
diuicia⁹ qui nō p̃mittit diuicias q̃esce
re in taxia ꝫ facit laborare ⁊ fuire eas ⁊
ptē mittit in barbariā ꝓ redimēdis cap
tiuis. Itē ad ꝓstruēdū hospitalia. ecclias
subuenit pauplib̃ ⁊c. Ille est dñs diui
ciarū q̃ in opib̃ mie facit eas laborare ⁊
seruire. ⁊ hoc est bonū ⁊ scm̃. ⁊ pcordat
cū ordinacōe diuina. qz qm̃ de⁹ ab initio
creauit hoīes ⁊ mulierē dedit eis domini
um sup omes creaturā di. Dñamini pi
scib̃ maris ⁊ volucrib̃ celi ⁊ vniuersis
⁊c. Gen̄. i. Aurū ei ⁊ argentū res sunt
tpales. g̃ bonū est dñari eis. et isto mō
sci patriarche lucrati sūt paradisū p opē
ra mie de pecunijs ⁊c. Sz seruire diuici
is est p̄ naturā. scp̃turā. ⁊ p̄ deū ⁊ bona
rōes. qz dñs dz quiescere ⁊ fuus labo
rare ⁊ seruire. Oppositū facit q̃ fuit pe
cunijs. qz ipē laborat de die ⁊ de nocte
p terrā mare ⁊ cū pericul'. ⁊ pecunie qui
escūt ī taxia siue in domo vt dnī. hoc dico
q̃ est p̄ naturā. scp̃turā ⁊c. q̃ homo q̃z
deus fecit dñm ⁊ ipē facit se seruū. ⁊ hoc
est malū ⁊ pctm̃. ꝓpt̃ hoc dicit xp̄s. Nō
potestis seruire ⁊c. Licet sil' possitis serui
re deo ⁊ dñari diuicijs. nō tm̃ sil' potestis
seruire deo ⁊ diuicijs. ptz thxā. Ego que
siui ī scp̃tura ⁊ inueni q̃ diuicie hnt q̃tu
or ꝑdicōes malas ꝓpter q̃s homo nō p̄t
seruire deo ⁊c. Pro diuicie h⁹ mun
di sunt maculose turpiter
Secūdo sunt deceptiue fallaciter
Tercō sunt ocōse maniter
Quarto sunt periculose finalit̃.
Iō cauendū est ne seruiam⁹ eis. Iō dic̃
xp̄s. Nō potestis ⁊c. Dico pro q̃ di
uicie tpales h⁹ mūdi sunt maculatie tur
piter. qz a capite vsq̃ ad pedes int⁹ ⁊ ex
tra maculāt hoīem qui eis seruit. Pro
maculat̃ in intellcū q̃ dz cogitare de re
atore. de aia. de alio mūdo. ꝫ q̃ seruit pecu
nijs si orat stati cogitat de negocijs. de
mercacōib̃. de ferijs ⁊c. Itē maculatur
in volūtate q̃ dz inflāmari ⁊ desiderare
qm̃ erit in gl'a ⁊c exire carcerē h⁹ mūdi. ꝫ
diuicie auferūt desideriū paradisi. dicūt
enī nōnulli qm̃q̃ diuites. dñe libent̃ face
rē pactū vobiscū q̃ nō curetis de me. et
ego nō curabo de vob. O ꝓbuz infide
le. Itē maculat̃ in meōria qz debez co
gitare q̃z tuz deus fecit ꝓ nob. Voluit
ei nasci ⁊ pati in ligno crucis mori ne ali
q̃s sibi credēs ⁊ obediēs ⁊c. dānaretur
Sz diuicie faciūt meōrari de mercacōi
bus castris ⁊c. Maculāt os p menda
cia falsa iuramēta. Itez maculāt aures
qz plus placet diuiti seruiēti diuicijs au
dire de mercacōib̃ q̃z ꝓba dei sermoēs
etc̄. In manib̃ ⁊ pedib̃ ⁊ in toto corpo
re. qz pl⁹ laborat ī pecunijs ꝑgregādis
q̃z in pnia ⁊c. Ecce quō maculāt totum
hoīez. ⁊ hoc ꝓuenit ex ꝓpinq̃tate rez̄ im
mūdarū maculātur res eciā immūde qz
si tela lini albi apprimet̃ tincte maculat̃.
De hoc vide scm̃ Tho. pria scde. ī mate
ria de macula pcti. Iō dicit scriptura. q̃
tetigerit picez inq̃nabit̃ ab ea. Ecci. xiij.
In signū manifestū Aug⁹ q̃rit in libro
de trinitate de mlt̃is q̃ ad oculū vident̃
de q̃bus non p̄t rō sufficiēs assignari vt
de auro tā mundo ⁊ argento tā claro ⁊
albo. q̃ faciūt lineas nigras ⁊ maculāt
manus ꝑputātuz ⁊c. De hoc rō suffici
ens nō p̄t assignari. vt dic̃ Aug⁹ nisi qz
deus dat signū q̃ sunt sic̄ macule aiaruz
Iō dicit scriptura. Argentū eorū ⁊ aurū
in sterq̃limū erit. Ezech. vij. Mota ster
q̃liniū ꝑgestū in domo corrūpit ⁊ facit
domū fetidā. ꝫ in cāpo sicco dispsū facit
ipm fructificare. Ita de moneta in taxia
congesta. ꝫ si ī terra sicca dispgat̃ ipsaz
faciet fructificare in vitā eternā. Ecce q̃
re dicit argentū ⁊c. Ex ista rōne mlt̃uz

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deberēt autem cauere religiosi clerici. ne maculātur in manib⁹ ꝯgregādo pecunias. qꝛ hn̄t tractare corpus xp̄i. Jō apl's Qīa scꝫ q̄ sunt tp̄alia ⁊ m̄dana arbitror vt stercora. vt xp̄ꝫ lucrifaciā. ad phil'. iij ¶ Dico scd̄o ꝙ diuicie ⁊c̄. tres mag̃as deceptōes faciūt. Prīa naꝫ mag̃ decepcō est recipe apparēciaꝫ ꝓ existētia. Sic vbi grā esset decepcō recipe somniū ꝓ veritate vt si famelicus somniaret ꝙ comedisset splendide ⁊ recipet ꝓ veritate deceptus esset cū nihil habeat ī stomacho de ill' in somnio visis ⁊c̄. Isto mō diuicie h⁹ mūdi decipiūt. qꝛ illi q̄ credūt se esse diuites somniāt. vt si rusticus sōniaret ꝙ esset rex. ⁊ mulier ꝙ esset regīa ꝫ qn̄ excitat̄ inuenit se sup paleas ⁊c̄. Itē de clerico paupe somniāte ꝙ est p̄pa. ꝫ qn̄ excitat̄ inuenit se solū. ita ꝙ somnia nō sunt nisi apparēcia. ⁊ q̄ ea recipit ꝓ existēcia decipit̄. Ita de diuite dicēte. ego habeo tot. m. flore. redditus possessioēs etc̄. ꝫ qn̄ in morte excitat̄ inueīt se vacuum sicut q̄ excitat̄ a somno. qꝛ vita pn̄s nō est nisi somniū. ⁊ qn̄ homo excitat̄ ꝑ mortē inueīt se deceptū. Mō paup sōniat ꝙ sit rex vel ꝙ est papa totū est somniū. Pꝫ quō pecunie ⁊ honores sunt deceptose qꝛ apparētiaꝫ faciūt recipe ꝓ existencia. Auctas. Dormierūt somnū suū et nihil inuenerūt. Oēs viri diuiciaꝝ in maib⁹ suis. p̄s. lxxv. Qui sūt in alio mūdo ꝯgnoscūt ꝙ ista vita nō est nisi somniū. ¶ Scd̄us mod⁹ decipiendi est recipere ymaginē ꝓ re. Sicut si aliqui hoī habenti vxorez dilectā depingeret̄ ymago vxoris ⁊ recipet ymaginē ꝓ vxore mortua vel absente. Idē de ymagine filij ⁊c̄ bene eēt deceptus. Talez decepcōez faciūt diuicie h⁹ mūdi. hā vere diuicie sūt in celo. diuicie v̄o h⁹ mūdi solū sūt ymagines ⁊c̄. De istis dyabol⁹ decipit gentes quēadmodū tigris decipit̄. Dicunt naturales ꝙ trigris currit plus q̄ velox equus ⁊ filij sui sūt boni ꝓ tyriaca ⁊ ab ea d̄r tyriaca. Et d̄r q̄ vult h̄re filios facit istā cautelā. hꝫ tria mag̃ specula rotūda ⁊ obseruat̄ p̄us filijs e⁹ qn̄ tigris est absens recipit filios ⁊ fugit in aliq̄ bono equo. ⁊ qn̄ tigris veīt ⁊ nō inueīt filios. natural'r sentit ꝑ quā viā vadit homo ⁊ inseq̄tur eū. Tūc homo sciēs eā veniētē ꝓicit vnū de specul' ⁊ ip̄a videns in speculo ymaginē suaꝫ credit ibi filios eē dās ei vbera ⁊ postq̄ꝫ ꝯgnoscit se deceptū. iterū inseq̄tur fugientē. ⁊ ille iterꝫ ꝓicit secundū ⁊ ita de tercō. ⁊ tandez est ille ī tuto. Isto mō dyabol⁹ decipit nos impediēs ne possumus attingere ad filios nostros. Nā certū est ꝙ filij q̄ moriūtur ī statu innocēcie recte euolāt ad paradisū ⁊ nos debem⁹ currere vt ꝑueniamus ad paradisū. ꝫ dyabolus decipit nos cuꝫ trib⁹ specul'. Primū speculū est diuitiaꝝ q̄ nō sunt nisi ymagines diuiciaꝝ. qꝛ v̄e diuicie sunt ī celo. ꝫ iste diuicie h⁹ mūdi sūt instabiles ⁊ tote volubiles vt tigr'. Scd̄m est honoꝝ p̄lacōnuꝫ officōꝝ h̄re regimē q̄ nō sunt nisi imagīes qꝛ veri honores ⁊ v̄a officia in paradiso sūt. ⁊ tu recipis ymaginē ꝓ re. Terciū est delectacōnuꝫ h⁹ m̄di q̄ eciā sunt ymagīes. qꝛ v̄e delectacōes sunt ī celo. ⁊ ista specula retinēt nos ne ad paradisuꝫ ꝑueniamus Ecce quō diuicie sūt deceptiue ¶ Terci⁹ modus decipiēdi est recipe vmbrā ꝓ veritate ¶ Recitat̄ parabola de q̄dā cane portāte frustū carnis in ore q̄ duꝫ natādo tr̄nsirꝫ flumē vidit vmbrā carnis quā volēs recipe apuit os ⁊ ꝑdidit verā portōez carnis. Idē de diuicijs q̄s mō multū diligit̄ q̄ nō sūt nisi vmbra qꝛ qn̄ morit̄ diues nihil de eis secuꝫ portat. Mō nō ꝯgnoscit̄ ꝙ sunt sic̄ vmbra ꝫ illi de īferno cognoscūt q̄ hn̄t tantā indigenciā ꝙ guttā aque non pn̄t h̄re vtꝫ de diuite epulone ⁊c̄. Qn̄ dicunt dānati. q̄d nobis ꝓfuit sup̄bia. aut diuiciaꝝ iactātia.

